

dum sermone & scriptis sapiens, dum luxuria & avaritia deditus, & aliis etiam virtutis iniquinatus, non φιλότοφος, sed φιλόλογος dicendus. Aperi oculos mentis & dispice, quam habueris Antesignanum, in commendanda paupertate.

Non raro ingens in animo meo concitata est admiratio philosophos Gentiles tam strenuos virtutis cultores, cuncta hujus vitae blandimenta despexisse, solum laudis ac gloriae studio brevi tamen interitur, ut vix e Christianorum numero, qui in-

ter eos etiam magis devoti, tam propensi, ad secundam virtutem, pro acquirendis bonis celestibus, in omnem avum perduraturis. Verè Antonistes ille Hipponensis: Cui non datur in aeternum vivere, quid prodest bene vivere. Cui bono, alienum esse à voluptatibus, conficere corpus rigidam diæsa, torquere animum curis in hac vita, nō indubia concipienda spes alterius vite, ubi virtutis exercitae, & bonorum operum merces, constituta est in celis.

EPISTOLA XXV.

Ad quandam Poliatrum: quomodo Aphor. 79. libr. 4. Hippocratis, si arenosa in urinâ subsidunt, intelligendas, utrum de urinâ in vesicâ retentâ, vel excretâ.

 Um ~~υπερδοξία~~ sit Mater, admodum fœcunda ad paradoxa parienda, & eò intenta, laudis ac gloriae stimulis concitata, quomodo leviculis non raro conjecturis, aliorum Bonorum Authorum etiam recte sentientium sententia ambigua reddenda, si non penitus evertenda.

Cum tibi gratum fore retuleris, si animi mei cogitata de controversâ Hippocratis libro 4. aphor. 79. interpretatione, in apricum proferrem, cœpi meditari & rem paulo exactius ponderare, si quid in me jucundi, eò propendo, ut statuam, per-

verba illa: cui in urinâ fabulosa subsident cum laborare calculo vesicæ, intelligendam urinam excretam, nō in vesicâ retentam.

Etsi aphorismus ille non semper congruat cum experientia, cum & arenosa in urinâ sint conspicua saepius, absque ullius calculi in vesica præsentia: Utrum autem transmissi Authoris glossema, dum præter omnium aliorum interpretum, ipsius etiam Galeni commentum, astruit, si fabulosa in vesicâ subsistant, non autem in lotio emissâ appareant, sit probandum, ingenuè fateor, ^{in ixv.} Etenim cum Hippocrates toto illo libro 4. aphorismorum, de duabus

Yy 2 in pri-

nprimis agat, (attestante ipso i. Heurnio in commentario) de Pharmacis in quo vis morbo & omni excretione, quacunque ratione illa eveniat, si quis omnes illius libri aphorismos perlustret & justo ponderet judicio, rem ita se habere, deprehendet, cum ab aphorismo 69. ad finem illius quarti libri per 15. aphorismos, nihil aliud tractetur, quam de morbis vesicæ cognoscendis & fi niendis per excretionem urinalem, rationi consonum, cum inter illos aphorismos etiam comprehendatur septuagesimus nonus, cuius in urinâ arenola subsistunt, quod is haud aliter intelligendus, quam de urinâ emissâ, neutiquam in vesicâ, subsidente. Et hæc albo calculo, citra præjudicium, sunt notanda.

Etsi vero concedatur; *i. p. r. a. g. i.* duobus modis posse interpretari, aut intelligi, de fabulosâ materiâ in urinâ excretâ hærente, vel in vesicâ subsistente, si in vesicâ diutinam moram trahat, indubium, quin progres- su temporis in calculum coalescat, sed hæc interpretatio videtur ab Hippocratis Mente, perquam aliena, cum in illo aphorismo tradat, cognitionem calculi vesicæ esse depræhendendam ex urinâ fabulosâ emissa, non retentâ. Si retineatur, quis amabò tam Lynceus, tam Argus, cuius oculi, eò penetrare ac perlustrare valeant calculum ibi delitescentem. Sed Author ille in subsidium adducit authitatem A vicennæ, asserentis sedimentum arenolum in urinâ non facere calculosos, sed reddere à calculo immunes, exin probare nifus, aphorismum Hippocratis, si fabulosa in urinâ subsidunt, intelligendum de iis in vesicâ retentis. Istâ declarationem velut experientiæ adversariam (ut alia exempla prætermittant) casus Meckelianus in meis observationibus pagina 179: descriptus, luculenter refellit, & falsam ostendit, qui admodum copiosum & quidem colore rufum fabulum, sesquianno spacio cum urinâ emisit, exin quidam decepti, metum adesse fabulum putabant, negantes calculi præsentiam. Sed in illius vesicâ, cadavere ab obitu referato, gradior calculus, oui gallinacei formam & magnitudinem repræsentans, est repertus. Hippocrates tradit: quibus arenosâ in urinâ subsidunt, eos calculo vesicæ laborare, hoc est, si materia crassior fundum petat, non autem, si arenulæ tenuiores urinâ innatent, aut sedimento commisceantur, aut matulæ parietibus adhærescant, cum illa ceu gravior in fundum descendat, & calculum arguat: Hæ autem velut leviores in urinâ volent, & sèpius citra suspicitionem calculi vesicæ appareant. Cum arenulæ illæ adustorum & tartareorum humorum ab Epatis & venarum calidiore dyscrasia progenitorū, solummodo argumentum existant,

nec in

nec in calculum coalescant: non autem calculi in renibus, vel vesicā producti, indicium præbeant. An non si Hippocratis sententia hoc modo accipienda, velut experientiae consentanea, defendenda, præser-tim, si etiam Renum calculus sub-intelligendus. Vix est credibile id Hippocrati fuisse ignotum, quin potius ob consuetum ipsi Laconis-nūm non expressum, vel prout Galenus in commento suspicatur, à pri-mo Librario omissum.

Cum Galeno lingua Græca fuerit vernacula, & ejus, Idiotismus ad unguem cognitus, si ulla vel levissi-ma conjectura asseQUI potuisset, per ipsius aliu intelligendam urinā in vesicā subsistentem, ad salvandam aphor-i-smi Hippocratici veritatem sanè non

prætermisisset: Sed in commenta-rio fatetur, errorem in illo aphori-smo commissum, dupli ratione, vel quod Hippocrates dimidiam ser-monis partem neglexerit, vel quod primus librarius eam omiserit. Sive n. in vesicā, vel Renibus calculi ge-narentur, una cum urinis excent a-renoſa. Mihi admirationi, Autho-rem illum, istū Galeni locum vel nō obſervat̄, vel ſtudiosē occultasse: velut ſuā opinioni repugnantem: ſed prout oculus, in quem humor illapsus, non clarē videt, ita mens haud dextrē judicat, in quam cadit affectus, obſtantē φιλοτυπία & mente ad parođa instigante.

An hæc non ſint Rationi admo-dum conſentanea, tue diſcretio-ni penſitanda committo.

EPISTOLA XXVI.

Admonitorium contra violenta purgantia.

DE Ichneumone mure Indico Plinius refert, ipsum ob insitam antipathiam cum Cro-codilo, in ejus ad littus maris apricantis, & hiantे rictu dor-mientis fauces, placide ſe inſimulare & ventrem perforare, eruptione fa-cta per alvum: haud ſecus valida pur-gantium genera citra nauſeam & in-exiguā doſi ingesta, cum palato gra-za, ubi de potentia in actū deduc̄ta,

violentiam ſuam exerunt, Naturam turbando & instar carnificis, tor-menita admovendo, ut cum ſerotoninā pœnitentiā & querelā ipſi ægri de-plorent, ſe aliorum ſuadela impulſos, ad præſtandum obsequium. Non autem ex Mercurio & antimonio ſolum concinnata pharmaca, ſed & ex ſcammonio conſlata, haud beni-gniorem effectum, exerunt. Bonā fi-de affero, mihi cognita utriusque ſexus exempla, quibus diagridij cū

Yy 3

ſupplau-